

Tabula Norimbergæ orientalis & occidens
1501

Interioris, addas tempore proposito ad quod motus inuenire desideras, si tuæ
 considerationis locus fuerit occidentalior Norimbergæ, aut subtrahas, si fuerit
 orientalis, prout tabula huius rei gratia facta te abundè informabit, & tempus
 illud quod facta additione conflatur, vel post subtractionem relinquatur inserui-
 et exactè tuo proposito, ad quod si motum alicuius planetæ vel mobilis inuenie-
 ris, non aliter eueniet, quàm si tabulæ nostræ ad meridianum considerationis
 tuæ vel habitationis essent compositæ. Sed in hac re tali fruamur exemplo, iube-
 or inuenire medium motum Solis anno domini currente 1502. ad 4. diem men-
 sis Aprilis hora 17. minut 34. secund. 10. transactis ad meridianum Noribergen-
 sem. Quæro ergò hunc annum scilicet 1501. completum in tabula collectorum
 annorum in linea numeri, & cum nusquam inuenio præcisè, propinquior
 ergo illo minorem ibi repertum 1488. suscipio, motumq; ei correspondentem
 in loco Solis 9. signa 19. grad. 15. mi. 1. secund. extra scribo, quo facto annos col-
 lectos ab annis propositis subtraho, residuabuntur 13. qui dicuntur expansi, pe-
 nes quos in tabula eiusdem tituli in loco Solis 11. signa 29. gradus 50. mi. 57. se-
 cund. inueniuntur, quæ prius notatis adijcio, vt radix Solis anni concreseat cur-
 rentis 9. signa 19. gradus 5. mi. 58. secund. Sic radix cuiuslibet mobilis ad princi-
 um anni currentis, vel tanquam currentis constituatur. Cum etiam tempus
 propositum vltra annos integros includat menses, dies, &c. Quare cum trans-
 actis mensibus scilicet Martio, tabulam mensium anni communis intrabo, &
 motum Solis penes Martium repertum 2. signa 28. grad. 42. mi. 29. secund. radi-
 ci subscribo. Deinde 4. dierum motum Solis 3. grad. 56. mi. 33. secund. in tabu-
 la dierum inuentum præscriptis subiungo. Haud secus cum 17. horis ex hora-
 rum tabula de columna Solis 0. gradus, 41. mi. 53. secund. extrahendo, cum
 supra positis scribo. Sed quia cum 34. mi. horarum tabulam simul ingredi non pos-
 sum, numeri enim communis linea eiusdem tabulæ vltra 30. non extenditur.
 Igitur primò cum 20. mi. inuenio 1. mi. 4. secund. deinde cum residuo minu-
 torum numero scilicet, 4. ex eadem tabula 0 mi. 10. secund. Secundario introi-
 tu reperta cum prænotatis subscribo. Vltimo verò cum 10 secundis eandem ta-
 bulam ingrediendo in prima eius linea occurrit secundorum numerus propter
 conformem denominationem prædicti numeri in tabulam missi, hoc modo 0
 in secundis, quo facto omnes differentias motus inuicem addo debito ordine
 & prodibit motus Solis medius ad tempus propositum 0. signa, 22. gra. 28. mi.
 17. secund. Sic te in omnibus operari oportet, quorumcunque ex nostris tabulis
 medios motus inuestigare prætendis.

1501
 1488
 13
 9 19 5 70
 2 20 42 24
 3 56 33
 7 17 71 53
 1 30 19 55
 1 4 0 11 14
 10 11 50 1 11 25
 22 20 11

De planetarum augibus.

D 2 Propositio